

74. *Instrumentum testamenti*
di Angelo de Madio

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*74. Instrumentum testamenti
di Angelo de Madio*

1375-09-21

(c. 471v) In nomine domini nostri Iesu Christi amen. Anno a nativitate eius millesimo <tri>centesimo septuagesimo quinto, regnante <serenissima> domina domina nostra Iohanna Dei gratia regina Ierusalem et Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue, Provincie et Forcalquerii ac Pedimontis comitissa, regnorum vero eius anno tricesimo tercio feli/citer amen, die vigesimo primo mensis septem/, quatedecime indictionis, apud civitatem Potentie.

Nos Ademilfus de Stampis de Potentia tercie decime indictionis ipsius civitatis Potentie annalis iudex, in defectu aliorum iudicum nondum per ipsam universitatem creatorum et confirmatorum per curiam ducis Salem <sic> pro presenti // (c. 472r) anno quarte decime indictionis iudex, Andreas de Stampis de Potentia publicus ubilibet per provincias Basilicate, Principatus citra serras Montorii et Terre Bari notarius et testes subscripti ad hoc specialiter vocati et rogati, presenti scripto publico notum facimus et testamur quod abbas Angelus de Madio, egrotans in lecto in domo sua sita in parochia Sancti Girardi, iuxta episcopale pala[ci]um et alii confines, sanus tamen mente, re[cte] locutionis existens, timens repentine mortis [e]ventum, cum necessitas est moriendi, rerum suarum distributione non facta et ne ab hoc seculo decederet intestatus, hoc suum ultimum et finale quod dicitur sine scriptis condidit testamentum, quod voluit valere iure testamenti sollemnis et si iure testamenti sollemnis non valeret, valere voluit iure testamenti nuncupativi et si iure testamenti nuncupativi non valeret, valere voluit iure codicillorum et si iure codicillorum non valeret, valere voluit saltem ratione sue ultime voluntatis; et voluit ipse

testator quod in presenti suo ultimo et finali testamento illa lex Falcidia // (c. 472v) locum non habeat nec aliquid, roboris firm/tatem <obtineat> et in suo robore perseveret; et quia presentis testamenti capud dignoscitur esse heres, idirco in presenti suo ultimo testamento heredes sibi instituit Colam de Iuliano fratrem suum ex m(at)re coniuntum tantum et Margaritam de Madio, uxorem Sandulli Curialis de Cilento, amitam ipsius testatoris; cui Nicolao legavit nomine hereditatis et quod in b[o]nis ipsius testatoris plus petere non possit, uncias in carlenis argenti duas, cul[tra]m unam albam petiarum quatuor, parum unum [lin]teaminum petiarum duarum cum dimidia et cusinum unum; nec non legavit similiter dicte Margarite amite sue pro omni iure et debito et hereditario nomine que ipsa Margarita supra bonis dicti testatoris petere posset, terras omnes que sunt in contrata Tore, confinatas: ab una parte est vallonus qui dicitur [d]e Santo Elya et est via qua itur ad Sambiqueta, a tercia parte citra dictum flumen tenuit Silvester Falquectus mediante quodam vallone, a quarta vero parte septentrionali // (c. 473r) tenet ecclesia Santi Michaelis et alii sunt c[on]fines; item legavit similiter eidem Margarite [is]clam unam in contrata Tore Tore citra flumen, confinatam ab omnibus lateribus terre ipsius Margarite; item legavit isclam unam aliam quam ipse testator habeb[a]t pro indiviso cum ipsa Margarita amita sua, confinatam terre quondam Nicolai Mullarani, terre Bellucie de Lacubuli et alii sunt confines; et quod si plus in bonis ipsius testatoris ipsa Margarita petere volu<erit pro a>liquo debito vel ali[o] iure quocumque, voluit et mandavit ipse testato[r] quod eidem Margarite amite sue tum nomine hereditatis tum etiam deb<iti> et alterius <cu>iuscumque iuris, detur tantum uncias

decem et <accettet> legata <dimi>ssa eidem per ipsum testatorem; item instituit corpus suum sepelli in intus ecclesiam Sancti Girardi iuxta ubi dicitur quod fuit sepultus archidiaconus Petrus; item legavit ossequia sua ad arbitrium epitroporum suorum; item legavit pro malis oblati incertis apothecam unam sitam in platea Potentie, confinatum ab omnibus partibus apothece domuum episcopi Potentini; item // (c. 473v) legavit domno Dionisio Mariosa patruo suo tare[n]os duos; item legavit Iohannello de Madio, amore consanguinitatis coniuncto, domum unam et casile unum contiguum domuum <sic> que sunt in loco ubi dicitur la Tanaria, <iuxta domus> domini abbatis Raynaldi de Abructio mediante quintana pluviali, iuxta menia civitatis et alii sunt confines; item legavit magistro Petro Terno sua vita durante terram unam que est <in loco> ubi dicitur Campus Romi[t]us, iuxta vineam notarii Mathie Capelli, iuxta viam publicam et alii sunt confines. Et voluit ipse testator quod post mortem ipsius m<agist>ri Petri, in dicta terra succedat Antonius de Aliduca, dictus Cavotus, dum tamen quod ipsum magistrum Petrum quo vivet, dictus Cavotus de dicta possessione non molestet, alias mandavit ipse testator ut in morte ipsius magistri Petri Cervi ipsa possessio evingeretur ad manus epitroporum suorum; item legavit eidem Iohannello de Madio domum unam continentem apothecas // (c. 474r) tres in platea Potentie, in ruga Ferrariorum, quarum apothecarum unam legavit magistro Petro Cervo in qua moratur sua vita durante et post mortem suam succedat in dicta apotheca idem Iohannellus; item legavit capellam unam fiendam <in> casalinis suis de Madio, ubi tenet ortum domnus Nicolaus cantor Potentie, que capella intitulum Sanctus Angelus, pro qua capella fienda

legavit ipse testator quod expendantur uncias quindecim vel plus vel minus, sit ad arbitrium epitroporum suorum; item legavit domno Iacobo de Padula et domno Andree <Corvo>, clericis maioris ecclesie Potentine, quod serviant ipsi capelle <sic> dicendo qualibet septimana missas duas pro anima ipsius testatoris, terras omnes que sunt in contrata Flomarie, ubi dicitur l'Ische della Flomara, iusta stratam publicam mediante terris Antonii dicti Cavoti, iusta isclam magistri // (c. 474v) Nicholai de Amilvio, iuxta terram ecclesie Sancti Girardi, iuxta terras Robertelli de Petra Fissa et alii sunt confines; item legavit ipsis domno Iacobo de Padula et domno Andree <Corvo> pro huiusmodi causa terram unam aliam ubi dicitur Porta Nuova, iuxta vineam Razoppi Saraccieni de Salerno, iuxta viam publicam, iuxta vineam ecclesie Sancti Girardi et alios confines; item legavit dictus testator quod interim quod fieret dicta capella, per predictos domnum Iacobum et domno Andream Corvum Iacobum, in altare defuntis dicantur qualibet septimana misse due pro eius anima; item voluit ipse testator quod si unus predictorum mori contingat, loco et vice sua sit domnus Iohannes de Meula dicendo similiter qualibet septimana pro anima ipsius testatoris missas duas; item voluit et mandavit dictus testator quod post mortem ipsorum clericorum in dicta capella // (c. 475r) debeat succedere Iohannellus de Madio et heredes sui masculi tantum, tam legitimi quam naturales, ratione ius patronatus et ipsam habeant dare quibus voluerint; et ubi Iohannellus ipse cum predictis suis filiis mori contingat, loco et vice ipsius succedant clerici pro comuni capituli Sancti Girardi et qualibet septimana pro anima ipsius testatoris in dicta cape/la per duos clericorum predictorum dicantur misse due; item legavit Antonio dicto de Auduca <sic>

dicto Cavoto peciam unam terre in loco ubi dicitur la
«S»trata delli Lucanali iuxta te«rram» Angeli «Pignatari»,
viam publicam a duabus partibus et alii sunt confines;
item legavit Robitello «sic» de Petra Fissa terras cum
maccla via que fuit in contrata ubi dicitur la Maccla de
Rubitella, iuxta terras Iacobi Guarna, iuxta terram ipsius
Robitelli «sic», iuxta terram Iacobi Guarna de Marsico
// (c. 475v) et alii sunt confines; item legavit luminarie
ecclesie Sancti Girardi petias terre duas in contrata ubi
dicitur la Maccla de Robitello, iuxta terram episcopi
Potentini; item legavit ipsi luminarie peciam unam terre
in contrata Maccle de domno Durante, quam habebat pro
indiviso cum episcopo Potentino et Girardi Cor«tesio»,
suis finibus limitatam; item legavit eidem luminarie
terram unam aliam in contrata contrata Putei Stalisi,
ipsius luminarie dimissam per quondam Nicolaum de
Gratiano, iuxta vineale [M]accle de [..]rtulano, iuxta
vineam quondam Nicolai de Gratiano et alii sunt
confines; item legavit eidem lumi«narie petias duas terre
in contrata «ub»i dicitur lu Canali, iuxta terram quam
tenet ecclesia Sancte Trinitatis, iuxta vineam Antonii
sua extingui, viam publicam et alii sunt confines; item
legavit eidem luminarie terras omnes que sunt in contrata
ubi dicitur Aira Salvano, // (c. 476r) iuxta vallonum
domne Marsilie, iuxta terras Sancti Iacobi de Vineola,
iuxta viam qua itur Ansiam et alii sunt confines; item
legavit eidem luminarie, pro incensio annuo tarenorum
quinque quos eidem luminarie debuerit dare, ortale unum
in loco ubi dicitur la Porta de Sancto Luca, iuxta ortum
ecclesie Sancte Crucis, iuxta ortos a duabus lateribus
ecclesie Sancti Luce et alii sunt confines; item voluit
ipse testator quod fructus predicti orti «pro» presenti
anno quaterdecime indicionis percipietur «pe»r suos

epitropos; item legavit ipse testator quod si Iohannellus de Madio pro incensu annuo tarenorum quindecim ad quos tenebatur freribus ordinis Sancti Iohannis, ipse Iohannellus ipsum solvere voluit, habeat terras omnes que sunt in contrata Canalecti, iuxta terras Celle de Stampis, iuxta terras Sancti Lazari et alii sunt confines; item terras Ymargini, nec non terras omnes Revisci, suis finibus limitatas, alioquin terras ipsas recipiant // (c. 476v) ipsi frerii ordinis Sancti Iohannis pro incensu annuo ipso prelibato ad quod tenebatur ipse testator; item legavit diacono Nicolao de Inganino terras que sunt ultra flumen There, sunctus <sic> ubi dicitur Barcum Maccle Cacate, nec non terras que sunt in loco ubi dicitur la Serra de Ievi, suis finibus limitatas, sua vita durante et voluit ipse testator quod post mortem dicti diaconi Nicolai in dictis terris succedat luminaria ecclesie Sancti Girardi; item legavit Iohannello de Madio cultram unam albam <melioem> quatuor petiarum, item matharacium unum de burdo petiarum trium, item par unum lintheaminum de lino petiarum trium, item par unum aliud lintheaminum petiarum duarum cum dimidia, item plumaccium unum plenu[m] [pe]nnis, item cultram unam plenam <pennis> petiarum trium, item / par unum flasc<oru>m de piultro; item legavit Antonio de Alidua <sic> dicto Cavoto parasfides piutri omnis; item dimisit ipse testator in manibus epitroporum suorum quod faciant secundum dixit eis de hiis res infrascriptas, videlicet: tinam unam // (c. 477r) novam plenam frumento, cultram unam petiarum / quatuor, trappetum unum novum, mattericium unum de burdo petiarum trium, plumaccium unum, tele brachia triginta de lino suctilia, corrigiam unam de argento cum cinto displato, tunicam unam de broieto et domum unam sitam in

parrochia Sancti Girardi iuxta domum Angelilli dompni Perriti, iuxta domum diaconi Macze de Gaudyano et alii sunt confines; item legavit Antonio de Aliduca dicto Cavoto vegetem unam vini vacuam salmarum octo; item legavit Iohannello de Madio vegetes vacuas de vino duas et tinas duas de reponendo frumentum; item legavit Antonio dicto Cavoto tinam unam de reponendo frumentum; item legavit Cecche de Marco, pro amore, frumenti th(umin)os duodecim; item legavit Macche filie dicte Cecche, pro amore, tarenos viginti quinque; item legavit Francisce sorori Bruneti, pro amore, tarenos tres; item dimisit Mette de Picusino tarenos sex legatos sibi per // (c. 477v) dominam Francescam de Lacumpli; item dimisit eidem Matte tarenos sex pro uno mataraczello legato sibi per domnam Salernam; item legavit fratribus ordinis Sancti Iohannis pro debito annuo censu ad quod tenebatur unciam unam cum dimidia; item legavit Iohannelle de Madio uxoris Seuli Citroli pro debito ad quod tenetur unciam unam et tarenos tresdecim; item legavit eidem pro debito ad quod tenebatur frumenti tumulos octo, item ordeï thumulum unum cum dimidio, item de lino ori tria; item legavit sorori Iohanne de Madio moniali, pro amore sanguinis, tarenos sex; item legavit fratri Nicolao de Madio, pro amore sanguinis, tarenos sex; item legavit ecclesie Sancte Trinitatis tarenos tres; item ecclesie Sancti Mic(haelis) tarenos tres; item ecclesie sancti Luce tarenos duos; item legavit ecclesie Sancti Laczari tarenos duos; item legavit Sancti Francisci tarenos duos; item voluit et mandavit dictus testator si qua de legatis in presenti suo ultimo testamento // (c. 478r) super fluerent, secundum arbitrium suorum epitroporum distribuantur; item legavit ipse testator quod si aliqua ex testamento domine Francisce restasset ad

distribuendum, voluit ipse testator quod distribuatur per suos epitropos; item legavit ipsis suis epitropis pro eorum fatigiis tarenos decem et octo, cuius quidem presentis sui ultimi testamenti ipse testator epitropos distributores et assolutores fecit, instituit et ordinavit domnum Iacobum de Padula, magistrum magistrum Petrum <Cervum> et Iohannellum de Madio ibidem presenti et sponte honus distributionis et absolucionis ipsius voluntarie suscipientibus. Quibus quidem epitropis distributoribus et assolutoribus collata est per eundem testatorem plenaria potestas tantum vendendi de bonis suis scilicet testatoris precio quod poterint meliori, tam mobilibus quam stabilibus, seseque moventibus secundum quod eis melius videbitur sine licentia aliqua predicti heredis existente, sine etiam iuxta iudicis et pretoris // (c. 478v) seu alterius cuiuscumque donec predicta legata et singulorum legatorum ipsorum adimpleantur et distribuatur personis et ecclesiis supradictis se[u] quibuslibet aliis personis legata predicta solvantur et distribuatur cuilibet ipsorum epitroporum videlicet insolidum, quod si unus desit, alteri possit distribuere legata ipsa statim per mortem dicti testatoris. Unde ad futuram memoriam et rogacium et preces predictorum distributorum et cautelam quorum interest et interesse poterit in futurum, presens publicum instrumentum factum est exinde per manus mei predicti notarii signo meo solito signatum, signo et subscriptione mei qui supra iudicis et si<gn>is et subscriptionibus subscriptorum <testium> roboratum.

2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15

Così S per heredis institutio
Così S per Sandrulli (da docc. coevi)
B Michaelis Millarani
Così S verosimilmente per Lacupensuli
B domini
B Cerno; S, in seguito, anche Cervo
B Rotundus (lettura più probabile in base a un docc. coevo)
B Cernum
B revertatur
B Michaelis de Amilino
B corpore
Così S per una
B Robertello, qui e in seguito
B Guarneri, qui e in seguito

12

16

17

18

19

20

21

22

23

24

25

26

27

28

29

B Falesii

B Michaeli, qui e in seguito

Così S, BMecch# Cartolus

B Cannarnigni!

B Silvana

B censu, qui e in seguito

B Michaele de Incannulo

B Capute

B, più attendibile Foy

Così S, B punctrdonis!

B bleveto

B Michaelangeli dompni Enrici

B Mecch#, qui e in seguito

Così S per Lacupensuli

30

Quod scripsi ego prefatus notarius Andreas qui predictis omnibus rogatus interfui et meo solito signo signavi. (SN) Ego Adenolfus de Stanpis de Potentia Ego presbiter Andreas de notario Andreaarchidiaconus Potentinus intefui // (c.479r) Ego presbiter Bernardus de Moyse testis interfui Ego diaconus Nicolaus de Inganulo canonicus Potentinus testis sum Ego diaconus Gullianus de Constantia de Ansia testis sum Ego presbiter Iohannes de Vineola testis sum Ego presbiter Andreas Corvus testis sum Ego presbiter Maffeus de Pulcino testis sum

31

32

33

B Pauli
B e docc. coevi Leonardus
B Camillus de Certangia
B Joseph de Guitola